Quelle: https://manuscripta.at/?ID=851
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

metuatis. Fiet n. uestimentū sic comedet eos vermis
et sicut lanā sic deuorabit eos tinea. Salus autem mea
in sempiternū erit. et iustitia mea in generatione generā
nū. Exurge exurge induere fortitudinem brachi
um dni. exurge sicut in diebus antiquis in generationib
seculorum. Nūquid nō tu percussisti superbū. uulnerasti dra
conem? Nūquid nō tu siccasti mare. aquas abyssi uehe
mentis? Quia posuisti profundū maris uiam ut transi
ret liberati. Ecce quos redempti sunt adnuntient et
uenient in syon laudantes et letitia sempiterna super
capita eorum. Gaudium et letitiam tenebunt et fugiet
dolor et gemitus. Ego ego ipse consolabor
uos. Quis tu ut timeas ab homine mortali. et fi
lio hominis qui fenum erit arescet. Et obliuiscis dominū
atorem tuum. qui tetendit celos et fundauit terram.
Et formidasti iugiter tota die a facie furoris eius
qui te conlidere parabat. et paratus ad perdendum. Vbi est enim
furor conlidentis? cito uenietur gradiens ad aperiendum.
et non mericiet usque ad interitum. nec deficiet panis
eius. Ego autem sum dominus deus tuus qui conturbo mare
et intumescunt fluctus eius. Dominus exercituum nomen
meum. Posui uerba mea in ore tuo. et in umbra ma
nus mee protexi te. ut plantes celos. et fundes
terram. et dicas ad syon populus meus es tu. Leuate le
uate exurge iherusalem. qui bibisti de manu domini calicem
ire eius. Vsque ad fundum calicis calicis soporis
bibisti et potasti usque ad fecem. Non est qui sustenta
ret eam ex omnibus filiis quos genuit. Non est qui apprehen
dat manum eius ex omnibus filiis quos enutriuit. Duo
sunt quod contingent tibi. quis contristabit te? Vasta
tio et contritio et fames et gladius quis consolabitur te?
Filii tui proiecti sunt. dormierunt in capite omnium uiarum
sicut oryx illaqueati. pleni indignatione domini increpa
tione dei tui. Idcirco audi hec pauperculam. et ebria
et non uino. Hec dominator tuus dominus tuus qui pug
nauit pro populo suo. Ecce tuli de manu tua calicem soporis. fundum calicis indignationis mee. non a
dicam ut bibas illum ultra. Et ponam illum in manu
eorum qui te humiliauerunt. et dixerunt animae tue. Incurua
re ut transeamus. Et posuisti ut terram corpus tuum
et quasi platea transeuntibus.

LIII

Exurge exurge induere fortitudine tua
filia syon. induere uestimentis glorie tue
iherusalem. ciuitas sancta. quia ad iacet uulnerabitur proiectus
propter iniquitates tuas et in mundus. Excute de puluere
exurge sede iherusalem. solue uincula colli tui captiua
filia syon. quia hec dicit dominus. Gratis uendati estis
et non argento redimemini. quia hec dicit dominus deus. In ege
ypto descendit populus meus in principio ut colonus
esset ibi. et assur absque iniuria oppressit eum. Et nunc quid mihi est hic dicit dominus quoniam ablatus est
populus meus gratis. dominatores eius iniquantur dicit
dominus. et iugiter nomen meum tota die blasphematur
propter hoc scietur populus meus nomen meum in die illa. quia
ego ipse qui loquebar ecce assum. Quam pulchri
super montes pedes annuntiantis. et predicantis pa
cem. annuntiantis bona. predicantis salutem. dicentis
syon regnabit deus tuus. Vox speculatorum tuorum.
Leuauerunt uocem simul laudabunt. quoniam oculo ad oculum uidebunt cum conuertit dominus syon. Gaudete et
laudate simul deserta iherusalem. quia consolatus est dominus
populum suum. redemit iherusalem. Paruit dominus brachium
sanctum suum in oculis omnium gentium. et uidebunt omnes fi
nes terre salutare dei nostri. Recedite recedite
exite inde. polluti nolite tangere. exite
de medio eius. mundamini qui fertis uasa domi
ni. quoniam non in turbatione exibitis. nec in fuga pere
bitis. Procedet enim ante dominum et congregabit uos deus
israel. Ecce intelliget seruus meus et exaltabitur
et eleuabitur et sublimis erit ualde. Sicut obstu
puerunt super eum multi. sic inglorius erit inter uiros
aspectus eius. et forma eius inter filios hominum. Iste
asperget gentes multas super ipsum continebunt reges
os suum. quia quibus non est narratum de eo uidebunt
et qui non audierunt contemplabuntur.

LIIII

Quis credidit auditui nostro. et brachium
domini cui reuelatum est. Ascendet sicut
uirgultum coram eo. et sicut radix de terra sitienti.
Non est species eius neque decor. et uidimus eum
et non erat in eo aspectus et desiderabimus eum despectum